UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Homo quidam euidens euadit vitæ periculum ad B. virginis inuocationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

HOMO QVIDAM EVIDENS EVADIT vitæ periculum ad Beatæ virginis inuocationem.

CAPVT III.

CIrca S. Guiſleni partes famulum quendam fortuito euentu in foſſa profunda, ex qua carbones deſumebat, terra penitus obrui contigit. Tali autem ac tanto expoſitus vitæ diſcrimini, pio corde piam Virginis implorauit opem, ſimulque Cameronæ ſeipſum deuouit peregrinum caſu quo contingeret ipſum incolumen euadere. Tam felicem vero ſortita eſt exitum pia eius oratio, vt cum multis alijs teſtibus Camberonam aduenerit piiſſimæ Domine gratias acturus, quæ cum è tali eripuerat vitæ periculo, in quo miſerè fuerat prolapſus.

QVIDAM E TVRRI DESILIens nullatenus offenditur B. virgine ab eodem deuotè inuocata.

CAP. IV.

HOmo quidam Valencenis ſtrictiſſimè in quadam munitiſſima turri concluſus, vix ſeipſum B. Virgini Camberonenſi peregrinum deuouerat, cum perfecta corporis & animi ſui reſignatione ſub potenti fidaque eius tutela, quando ſingulari animoſitate per